

dignitatem eliguntur homines, non in alieno, sed in proprio munere occupati. Et non dicitur, quod vidit mittentem solum Petrum, sed Petrum, & Andream; ut intelligat superior, quod non solus ipse rete prædicationis in mare mittere potest, nec solus ipse munus suum adimplere valet, sed ministrantium eget subsidio. Quæstio prærens est, quod cum æqualiter occupati videantur Apostoli, rete mittentes, ac trahentes, cur non vocat trahentes, sed mittentes.

Rex & Prælati indigent subsidio ministrorum.

68. Chryso.

Joan. 21.

Evangelica prædicationis suæ à Christi sanguine efficiamiam habet.

69. Pafchaf.

Qui concupiscentias abiciunt, & continent, ad magna apti.

70. D. Thom.

Vocante Deo nulla est, qua hominum desineat occupatio.

71. Palatius.

Non debet Prædicator præbendis querere. 1. Cor. 3.

Respondet primò D. Chrysoctomus homil. 4. in Marc. Refert, ait, Evangelium, quod veria mitterentur: tamen non dicit quod aliquid ceperim. Igitur ante passionem dicitur, quod licet miserim veria, tamen non scribitur, quod prendiderim: post passionem verò mittunt rete, & prendunt: & tantum prendunt, ut veria rumpantur. Joan. 21. n. 6. Vidit Dominus suos discipulos mittentes rete, & non trahentes piscibus plenum; hoc enim reservatur, & fit post Christi passionem; quia tunc Apostoli animarum conversione Ecclesiæ sagemam implere, per totum orbem seminantes Christi verbum, ex omnibus mundi partibus homines ad fidem adduxere. Hic autem totus fructus à Christi sanguine, ac passione provenit.

Secundò D. Pafchaf. lib. 3. in Matth. In istis, ait, quippe duobus, quos primò Christus ad fidem vocat, figura omnium eorum est, qui de profunditate rerum carnalium veria mittentes, quotidie evocantur. Retia igitur sua mittentes in mare, simul omnes suis occupantur negotiis, dum unusquisque sagemam concupiscentiarum post vana sæculi lucra, velut avidus piscator, laxat. Nemo jam absque sæculi questu immunis, & concupiscentiarum rebus alienis vivit. Retia concupiscentiarum mundi denotant, quibus homo illaqueatus implicatur. Apostoli vocantur, non dum retia extrahunt sed dum in mare projiciunt, & laxant: nemo enim ad magna, & præclara dignus est, quando concupiscentiarum retia ad se trahit, ac revocat, ut illa amplectatur, & luxuriosè vivat, sed quando hujusmodi retia à se dimittit, ac è manibus in abyssum projicit, ut ultra non appareant.

Tertiò D. Thomas ex Chrysoctomo Capiauit Dominus, ait, istam horam, ut daretur exemplum quod nunquam debemus amittere servitium Dei propter occupationes. Major est piscatoribus occupatio, majusque negotium, dum retia in mare jaciunt, ac quando extrahunt. Ut ergo denotaretur, quod, vocante Deo, omnis occupatio, si illius adsit finis, siue principium, remittenda sit, ac ableganda; ideo mittentes retia vocantur. Nulla adeo vehemens esse potest occupatio, quæ pulsante Deo, hominem detineat, quin vocem ejus audiat, & promoveatur ad illum.

Quartò Palatius non vocat extrahentes rete, ait, aut concludentes pisces, aut vendentes, quod expiscaverant, nihil tale, quia prædicatoris munus non est extrahere homines à mala sua conversatione; nec est, multos ad fidem ex infidelitate revocare; nec est, pro piscatura præbendas, ac dona percipere: est, studio, labore, recta conversatione verba, velut rete in populum conjicere: Deus dat incrementum. 1. Cor. 3. num. 6. Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit. Et sicut non desperat piscator non prendens, quod optat; ita nec despe-

ret Prædicator. Hæc insinuat D. Chrysoctomus in Imperfecto homil. 7. citatus quæst. 8. in 6. oratione.

Chrysoct.

Quintò. Quando piscator rete laxat in mare, tunc totus labor inchoatur; debet enim tunc adflare, vigilare, ac observare, ut cum plenum piscibus fuerit rete, è mari educat, at cum ipsam capiendi pisces extrahitur instrumentum, tunc adest laboris finis, imminet quies, ut jam suæ piscationis fruatur emolumento. Non advocat Deus ad se Petrum, & Andream extrahentes rete, sed mittentes, ei enim plus placent homines, dum ad laborem tendunt, quam dum ad quietem properant.

72.

Deo plus placent homines laboriosos, quam quiescentes.

Sexto. Piscator, cum retia jaciunt in mare, est piscibus carens; aliter vero cum educit, illis jam replet vasa sua: & multo magis Deus est homo perjucondus, si temporalibus hujus maris bonis vacuus appareat, quam si illius refertus, ac onustus consistat. Et ideo, cum extendunt rete, Petrus, & Andreas vocantur; non verò quando complantes ad littus reducant. Sola enim ea gens ad fructum Dei venit, ac in illa muneratur, quæ à terrenis bonis est exuta.

73.

Exuti à bonis terrenis, à Deo vocantur ad magna.

Rex Ægyptius videns, quod populos Israël nimium excreveret, ait ad suos. Venite, sapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur; & si inguerit contra nos bellum addatur inimicis nostris, expugnatisque nobis egredietur de terra. Exod. 1. num. 10. Cum populos nimium multiplicaret, non timet Rex barbarus, quod saum regnum possidet, ipseque expellatur ab illo. Et cur hoc timore non tangitur? Nonne ait Pharaon: Addatur inimicis nostris expugnatisque nobis; qui enim aliquid regnum expugnat illud diripit, possidet, ac ibi quiescens consistit. Cur ergo solum timet, quod populus egredietur de terra? Cum ille esset populus Dei electus, ac in fortem, & in cognitionem ejus vocatus, non irrepsit timor; quod expugnata terra populus illum possideret, ac obtineret, sed quod ab illa egredieretur, ac exiret. Ingeniosè Rupertus ibi. Non addit, ait, expugnatis nobis obineat terram, sed egredietur de terra. Hoc sibi persuadent principes tenebrarum, mundi hujus rectores, quod Christiani hoc solum emolumentum habent in possessionibus terrenis, quod illas despiciamus expugnatisque nobis, egrediamur de terra, quia calum nos expectat.

74. Exod. 1.

Electus à Deo bona temporalia dimittit.

Rupert.

Nec enim ad cælestes favores, ac benedictiones vocantur, qui terrenis indulgent, sed qui omnino alienantur ab illis. In primo orbis molimine creavit Deus pisces maris, & aves cæli, & statim divina injungitur benedictio, Benedixitque eis Deus, dicens: Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris, avesque multiplicentur. Gen. 1. num. 22. Et statim sequitur num. 24. quod Deus quoque creaverit animalia terrestria, jumenta, bestias terræ secundum species suas; & tamen pro tunc cælestis benedictio eis non imperitur. Quare aves cæli, & pisces maris Dei benedictione fruuntur, illa tamen privantur animalia; quæ terra producit? Per animalia terrestria homines terrenis rebus implicati designantur: merito ergo aves, quæ per cæli ambitum volitant; & pisces maris, qui à terrenis sunt segregati, ad cælestem benedictionem vocantur; à qua excludantur, qui terrenis rebus sunt dediti, utpote indigni, qui ad tantum beneficium

75.

Genes. 1.

Qui bonis terrenis caret à Deo benedicitur.

Theoph.

ficiam admittantur. Theoph. Antiochen. ad Aureolum lib. 2. Sexto die, ait, cum Deus conderet quadrupedia, bestias, & reptilia terrestria, veteret benedictionem. eamque reservat homini, quem sexto die creare constituerat: ceterum quadrupedia & bestia quadam pulchrè nobis depingunt homines quosdam, qui Deum ignorant, impia parant, terrena sapiunt.

bendarum, non rerum temporalium. 2. Corinth. 12. n. 14. Non enim quero, quæ vestra sunt, sed vos. Itai. 13. n. 17. Ecce ego suscitabo super Iai. 13. vos Medos, qui argentum non quarant, nec aurum velint.

QUESTIO XI.

Quare Dominus vocat suos Apostolos sub metaphora piscatura?

Matth. 4. n. 19. Et ait illis: venite post me, faciam vos fieri pisces hominem.

VERSIONES.

Syriacos. Venite post me, faciam vos esse pisces hominum. Chrysoctomus. Dicit illis: Sequimini me, serm. 2. de s. & faciam vos piscatores. Iac. Vatab. res. Franc. Lucas. Faciam, ut fiat, seu sitis piscatores.

ALTER TEXTUS.

Marci 1. n. 17. Cohæret cum Matthæo.

EXPOSITIO.

76.

Joan. 21. Act. 21.

Anselm. Qui dona dimittunt, ad magna apti.

Anselm.

77.

D. Thom.

Abdias 1.

Hieron. Hugo.

VOCAT Jesus Petrum, & Andream, & ait illis: Venite post me. Quamquam enim duo hi Apostoli frequenter adessent Jesu docenti, & cum eo essent conversati, Joan. 1. n. 37. & significat Petrus, Act. 21. Tamen hic modo illis ait Jesus: Venite post me, hoc est relicto hoc vivendi modo, atque hac arte, sequimini me: meum institutum vivendi amplectere, corpore, & animo, mihi individualiter adhaerere, ut ait D. Anselm. Non tam pedibus, quam affectu mutationis. Quosdam contentus est Jesus habere in grege, & Ecclesia sua, ut Regulum cum filia sua, Joan. 1. n. 53. multosque alios, nec urget, ut relictis parentibus, ac omnibus suis ipsam imitentur, ac pedibus sequantur: hoc verò exigit ab iis, quos vocat ad majora, & ad Apostolicum munus, cujus perfectio omnia mundi renuntiare exoptat, & requirit. Ait illis: Venite post me; ipse ducatum præstat, ut & nos sequamur. Faciam vos fieri pisces; ac si dicat: Faciam vos aptos, & idoneos ad hujusmodi ministerium. Eleganter D. Anselm. Bene dicit: Faciam vos fieri; aliter enim homo frustra laborat, nisi ut faciat, & perficiat: ita tamen facit, ut liberum arbitrium non pereat.

Pisces hominum; nempe ad homines capiendos; ut sicut ipse erat hominum expiscator, ita & ipsi fierent. Unde pulchrè ait S. Thomas ex D. Dionysio: Nihil dignius in officio hominum, quam Dei cooperatorem fieri. Magna nobilitas in nostra sa. Apostolorum, in piscatione, ac animarum consultatione esse Christo Domino cooperatores. Ait Abdias c. 1. num. 21. Evocet ascendit Salvatores; quod pro magna excellentia de Apostolis dicitur, ut ibi ponderat D. Hieron. Pisces hominum dicit, ait Cardinalis Hugo, non præ-

Multiplici modo, ut est planum, poterat Christus suos attrahere. Primo. Vocando eos, ut ipsam sequerentur, non explicando munus injungendum; sicut cum Matthæo vidimus factum, cap. 9. num. 9. Luc. 5. num. 27. ei tantum dixit: Sequere me. Vel poterat Dominus dicere: Venite post me, faciam vos prædicatores. Doctores, principes Gentium. Nihil horum dixit, sed piscatores. Cur ergo sub hac metaphora trahuntur; inquirimus? Et vide supra quæst. 8.

78.

Luc. 5.

79.

Prima hujus rei solutio est. Quia sæpe Christus Dominus à rebus temporalibus, quas tempus, & locus dabant sermonem transtulit ad spirituales, ut à terrenis ad ecclesiæ montem hominis attolleret; & quia ipsi erant occupati in arte expiscandi; ideo sub metaphora piscatoris sermonem vocat.

Secundo. Homines sunt sicut pisces; & sicut trahuntur reti pisces à piscatore; ita etiam homines à Prædicatoribus, ut notat Chrysoctomus in Imperfecto homil. 7. Trahuntur reti inexto sacra doctrina, varietate sententiarum; ac parabolarum; narrationibus divinis sacra Scripturæ promissionibus beatitudinis, ac admirabilibus operibus virtutum. Deinde ad pisces ad expiscandos in hamo apponitur edolium, ut ita pisces capiantur; ita similiter in hac divina Christi sagemam. Quod pulchrè meditato est D. Chrysoctomus. Chrysoct. serm. 28. Venite, ait, & faciam vos pisces hominum ut vitæ ista scia factu, ut hamo cælestis verbi, de mortis gurgite animas ad lucem tolleret sempiternam. Cum hamus Evangelicæ prædicationis præparatur, ut homines captat statim illi apponitur vivifica sanctissima Eucharistia escæ, ut dulce dine; ac efficacia tanti cibi homines trahuntur in vitam æternam. Tandem tertio. Quia sicut pisces de mari capiuntur, & emittuntur foras; ita Prædicatores verbi Dei educunt homines de amaritudinibus iniquitatum hujus sæculi.

80.

Chrysoct.

Dulcedine

sacra Eucharistia ho-

mines tra-

hantur ad

Eccliam.

Quod vero homines piscibus similes sint Habacuc. 1. num. 14. Et facies homines quasi pisces maris. Et Christiani vocabantur olim pisces tum à Christo Domino, qui à veteribus Græcis piscis appellatur, de qua re extat carmen Erythræ Sybillæ. Vide Tertull. lib. de Baptismo. Tertull. August. lib. 18. cap. 23. D. Prosperum lib. de promissionibus, & prædicationibus, part. 2. cap. 39. Tam etiam Christiani dicebantur pisces, quia in aquis nascuntur, cum baptizantur, & aquis vivunt lachrymarum in secundo confessionis Baptismo, in quo vitiorum sordes post primum contractas elvunt. Deinde homines in mari istius mundi sunt sicut pisces, frigidi sine calore charitatis, muti sine voce divinæ laudis, destituti manibus, ac pedibus bonorum operum, matuoque se devorantes

81.

Habacuc 1.

Homines pis-

cibus simi-

les.

Christiani in

aquis baptis-

mi, & po-

nitentia nas-

cuntur, &

vivunt.

11ai. 9. *Chrysoft. Homines fortiores devorantes debiliores.* Basil. *Homol valde ingratus nullis beneficiis misescit.*

82. *Iustian. Origen.*

83. *Chrysol.*

84.

*Christiani ut Christo incorporantur saculo moriantur.*

*Ad Coloss. 3.*

*Ad labores non delicti, sed obdurati homines eligantur.*

*Labor praevisus melius oleratur.*

*Labor eorum dicitur ut Dei recordatur homo.*

84. *Quarid. Non ait Petto: Veni; faciam te petram, fundamentum Ecclesiae, dabo tibi claves regni caelorum; sed faciam piscatorem hominum: Captivos piscium sunt hominum piscatores:*

Ue manifestum sit, quod qui ad Praelationes Ecclesiasticas vocantur, non tantum ad dignitates, sed ad labores, ac pressuras trahantur. Quinto, Non ait, faciam vos fundamenta Ecclesiae, principes orbis, quod erat magna dignitas, ac excellentia, eis ab ipso Domino conferenda, sed tantum ait, *piscatores hominum*; quod multos labores, ac pressuras secum involvebat. Christus porius recordatur: & ante oculos habet labores, quos pro ipso patimur, quam dignitates, & honores quibus nos comulatè dicit, & honorat.

Sexto. Ex piscatoribus piscium sunt hominum piscatores. *De labore transunt ad laborem; & quia fructus provenit ex labore, voluit eos labores non perdere, sed mutare.* Clarius D. Pafchaf. lib. 3, in Matth. *Faciam vos piscatores hominum.* subdit: *Immutatur enim inventio negotiorum, non piscationis officium.* Non exigitur ab eis novum opus, sed ut etiam in piscatione se exercent, & ut laborem, quem pro hominum famulatu, tenui lucro expectato, sustinebant, pro Dei obsequio supportent, ad ingens, & illustre praemium obtinendum. O quantum saepe erit virtutis, ac meritis.

Venit Paulus Corinthum, & mansit apud quosdam Judaeos, *Et quia ejusdem artis erat, manebat apud eos, & operabatur (erant autem) senofactoria artis.)* Actor. 18. numero 3. Valde mirum sane, quod Doctor gentium torus datus praedicationi, ac conversioni animarum, occuparetur in fabrilibus operibus, in conficiendis nempe tabernaculis (talis enim erat ars illa, ut volunt Glossa, Interlinealis, Carthusianus, Hugo, Cajetan. Chrysoft. August. Lorin. interlin. & alij.) & Paulus in hujusmodi opere se exercebat, vel ad victum comparandum, ut ait Chrysoftomus, vel ad elemosynas faciendas, ut docent Augustinus in epistola ad Galat. Lorinus. Sed quare magne Paulus, ad quotidianum cibum manum admoveat ad fabrilia? Nonne ipse poterat hospitari apud aliquem nobilissimum virum, qui sine ullis laborum expensis panem apponeret? Nonne Paulus, qui multa edebat miracula, & magna potestate super elementa ignem, & aquam eminebat, & ideo alio modo poterat sibi multa obtinere ad majores elemosynas faciendas, quam quotidianus labor suus ferebat, ac dabat. Communis Doctor Gentium in omnibus docet nos: & quamvis semper magna, & mirabilia exhibeat ingens Pauli charitas, in hoc tamen eventu contenta est, quod in illa tabernaculorum confectio mutaretur finis, & scopus operis, itaut illudmet opus quod saeculi homines pro hominum famulato obibant, ipse in obsequium Dei manibus praestaret; neque hac in occasione majores elemosynas vult elargiri, quam illo suo manu labore acquisitas, quo simili pro temporalibus opifices alij hominibus serviebat.

Immo in iisdem fere similibus laboribus magna discretio invenitur: nam si pro Deo eos toleras, magnum impetras bonum; si autem pro mundo, in multa damna ac mala incidis. *Diverfit ab oneribus dorsum ejus, manus ejus in cophino* Psalm. servierunt, Psalm. 80. num. 7. De populo Israelitico est sermo, ut docet D. Augustinus, Bruno. Incognit. Genebrard. Aegypto

*Christus recordatur potius de meritis vestris, quam de iis, quae ipse donat.*

85. *Laborem quem pro mundo sustinet, sed pro Deo patiens, multum merebitur.*

86. *Acto. 18.*

87.

Aegypto serviebat, & lateres conficiebat, & in hujusmodi coribus palcas, & lutum asportabat ad ministerium. Premebantur autem Israelitae in Aegypto cali labore, ut tradit Josephus lib. 1. contra Apionem, ob diversitatem cultus, & quia Israelitae renuebant idololatrare, & Diis Aegyptiorum sacrificare. Tamen in tam vehementi oppressione, ait Psalmista in persona Dei: *In tribulatione invocasti me, & liberavi te, & exaudi vi te.* At verò postea Pompejus Romanus, ut Jerosolymitanum templum devastaret, Judaeos ipsos compellebat, ut cophinis terra refertis templi fossas replerent, ut testatur Aegippus lib. 1. de excidio Jerosolymitano cap. 16. *Ad templi autem irruptionem; quoniam pertinaciter resistebatur. Judaeos Magnus paravit socios, simul ut fossas replerent, si laborum materiam, tenui lucro expectato, sustinebant, pro Dei obsequio supportent, ad ingens, & illustre praemium obtinendum.* O quantum saepe erit virtutis, ac meritis.

Nunc verò Judaeos inter se confer, ministrantes in corribus sub Pompeio, & sub Aegypto pro cultu Dei, ne idololatria illaqueentur: dum in cophinis serviunt Pompeio, in captivitate, devaluationem, ac miserium interitum incidunt; dum verò in iisdem cophinis laborant, ne idololatria coinquantur, vitam, libertatem ac opulentissimam terram consequuntur. Et ita in eodem cophino, cum serviunt homini, mortem; eum verò pro Dei cultu famulantur, vitam, ac salutem negotiantur, & obtinent. Synecius lib. de regno, ait, *Si nostri milites vexationes, calamitates, ac incommoda, quae pro Imperatore patiuntur in bello, pro Deo haberent, non illis temporalis, sed aeterna volitaret corona.*

Matth. 4. n. 2. *Illi autem continuo relictis retibus secuti sunt eum.*

88. *Synecius.*

89. *Psalm. 94.*

Chrysoft.

Albert. Mag. ait Albert. Magn. volumine nihil sibi retinens, ut

Et retia dimittunt, ut Chrysoft. homil. 7. in Imperfecto, ne magis facerent eis impedimentum laboris, quam addicamentum vilitatis. Idem Chrysoftomus homil. 4. in Marc. Ergo puto, ait, quod in retibus vitia saeculi reliquerint, neque enim fieri poterat, ut sequentes Jesum haberent retia. Et advertit Evangelista, quod reliquerint retia; & de navi nulla sit mentio. Retia habebant praemanibus: erant enim *invenientes retia*, & sub retibus caetera munera piscatoris intelligenda veniunt, & etiam ipsa ars piscatoria. Vel etiam dicitur, quod per retia concupiscentiae mundi significatur, ut jam dixi ex Chrysoftomo, & qui hujusmodi concupiscentias a se dimittit, omnia relinquunt. Si verò Apostoli aliquando postea ad piscationem redierunt, Hoc, ut ait Hugo, non resumpserunt ex cupiditate, sed ex necessitate.

Secuti sunt eum. Ecce eorum perfectio. Tantum individui comites Christo adhererunt, ut sub ipso, ut vero magistro, ac Domino viverent. Tantum honorum thesaurum in Christo deprehenderunt, ut potius elegerint omnia relinquere, quam ipsum non sequi; sicut duo illi negotiatores, quorum unus thesaurum in agro absconditum, alter margaritam pretiosam repererat. Matth. 13. num. 44. & 46. *Secuti sunt eum.* Matth. 13. Ecce eximia eorum charitas. *Secuti sunt*, nullo proposito praemio; & ideo dixerunt, Mar. Matth. 19. num. 17. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis?* Et cum Christum jam eximia charitate diligerent, non solum absque praemio sunt secuti, verum magno proposito labore, qui eis jam in hominum piscatione designabatur. Chrysoftomus homil. 7. in imperfecto. *Manifestum est, ait, quod non Apostolicum cupierunt honorem, sed quod assum Apostolici operis, & laboris.* Hoc iterum in limine quaestionis dicam.

90. *Ut Christo adherens, omnia secuti dimittit.*

91. *Non propositum praemio sequitur, ut labores.*

92. *Gratia Dei voluntates inclinat, ac movet.* Prov. 21. *In vultu Christi divinitas respicitur dei.*

VERSIONES.

QUESTIO XII.

Syriacus. Illi autem confestim retia sua dimittentes post eum ivere.

Pagninus. Statim cum reliquissent retia.

Varabla. At illi relictis illico retibus.

Quare Apostoli ad unam Christi vocem sine ulla cunctatione ipsum sequantur.

EXPOSITIO.

89. QUATUOR valde praecleara notat Evangelista in Apostolis, Obedientiam, expeditionem, perfectionem, charitatem. Illi autem continuo; Ecce obedientia. Ad Christi vocem, quae quandam vim habebat divinam sine ulla cunctatione sequuntur, ut dicam q. sequenti. Psal. 94. n. 8. *Hic si vocem ejus audieris nolite obdurare corda vestra.* Et etiam in illa particula continuo, eorum magna fides adnotatur, ut advertit Chrysoft. hom. 4. in Marc. *Vera fides*, ait, non habet intervallum, statim audit, statim credit, statim sequitur. statim piscator efficitur. Textus, *Relictis retibus.* Ecce velox eorum expeditio. Relinquant retia, quorum usu vivebant. Omnia relinquunt, ut Albert. Mag. ait Albert. Magn. volumine nihil sibi retinens, ut

Ratio dubitationis potest desumi ex D. Gregorio homil. 5. Ait enim de Petro, Gregor. & Andrea: *Nihil de eo de praemio aeternae retributionis audierant, & tamen ad unum Domini praecipium, hoc, quod possidere videbantur, oblitis sunt.* Et Abulensis quae. 100. ait in Christi verbi: *Ve. Abulensis. nite post me, faciam vos fieri piscatores, non habetur promissio alicujus praemii, sed magis exhortatio quaedam ad laborem. Et tamen, cum haec ita sint, cum audiunt Christi vocem, non cunctantur, sed statim relictis omnibus Christum sequuntur, ac illi adherent.*

Ratio hujus rei prima, & germana est efficacia divinae gratiae, qua Deus eorum voluntates excitavit, inclinavit, ac movit, ut dimissis omnibus ipsum sequerentur. Proverb. 21. num. 2. *Sicut divisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini movet.* quocumque voluerit, inclinabit eum. Deinde Christus Dominus non solum per inspirationem internam eorum corda excitavit, sed movit; verum etiam in ejus vultu fulgor quidam divinitatis